

cum quibus litigium habet¹, vel exinde ipse et sui fratres predicti habuerint aliquomodo, credatur et firmum quod dixerit habeatur. Qui Richardus predictus ex precepto predicti domni presulis et predicti comitis et predictorum consulum auctoritate² comunis Veronensis iuravit dicere veritatem totam et reticere falsitatem de eo quod dictum est, quacunque hora interrogatus fuerit per predictum presulem vel comitem vel per suum nuncium. Qui presul precepit predicto comiti, ut eius nomine eum audiret et interrogaret. Qui comes postea eodem die ad domum predictorum fratrum Isnardini et Albregeti interrogatus² fuit ipsum Richardum per se et nomine predicti domni episcopi in districtum sacramenti, ut totam veritatem patefaceret de predicto negotio et falsitatem taceret. Qui Richardus testatus dixit:

Ego scio et recordor, quod domnus Adelardinus de Lendenaria, antea quam hec civitas Veronensis combusta est, rogatus² valde fuit me, ut essem eius nuncius ad imperatorem Fredericum et ad ducem Enricum Saxonie, et me suum nuncium fecit et eius rogatu, quia erat meus proximus et valde eum diligebam, et amore eius ivi ultra montes ad imperatorem, et inveni eum ad Wird³. Et dux Enricus Saxonie nondum ad illam curiam iunxerat et semper expectabatur. Et ego traxi me ad domnum Garzapanem⁴, quem ibi inveni, et dixi ei ex parte domni Adelardini, quod eram eius domni Adelardini nuncius, et recitavi ei omnia, pro quibus iveram, et rogatus² fui eum, ut me imperatori presentaret ex parte domni Adelardini et ei negotia, pro quibus iveram, recitaret. Et sic ivimus sub papilionem ipsius imperatoris ad eum, et eum salutavi ex parte domni Adelardini, cuius eram nuncius, et domnus Garzapanus⁴ dixit omnia mea verba et qualiter iveram et qua de causa et quomodo domnus Adelardinus quiete invenerat Gebetum ab illis de Olderico

selbe behaupteten *Widone di Ronco ed Alberto degli Avocati, come nuncii dei vavassori*. Die Lendinara liessen darauf die in einem Hause versammelten Vasallen unter Zusicherung sicheren Geleites zur Gerichtssitzung entbieten, aber ohne Erfolg. Mittheilung des Herrn Da Re aus dem Rotulus n. 4 des Archivio notarile zu Verona. Vgl. S. 588, Anm. 3. 1) Der Streit drehte sich nicht bloss darum, ob die Lendinara berechnigte Gerichtsherren seien, — vor seinen Brüdern trat Tomasino am 20. Januar 1182 auch selbst als Kläger auf: *contro coloro, che avevano combattuto il suo castello e la sua torre e preso ed incendiato esso castello e le case tanto dentro, che fuori, ed ucciso uno dei suoi uomini*. 2) Sic! 3) Donauwörth? Vgl. S. 590. 4) Von Verona. Vgl. über ihn S. 586, Anm. 3.